Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in eis ſunt, ut in nomine ipsius ſis adiuratus, proinde omnis uirtus aduerſarij, omniscq; exercitus Diaboli, et omnis incurſus inimici, et omne phantaſma Sathanæ hinc euellere, eradicare, et effugare à forma Dei dig-neris, ut ſpiritus ſanctus habitet in ea, in nomine Dei patris omnipotentis, et filij, et ſpiritus ſancti: Amen.

Exorciſo te imunde ſpiritus, in nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti, ut exeas et recedas ab hac famula Dei .N. ipse tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus ambulauit ſuper mare, et Petro mergenti dexte-ram porrexit, qui uiuit et regnat Deus, per eum qui. etc̃.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuã, et da honorem deo uiuo et uero, da honorem Jheſu Xr̃o filio eius, et ſpiritui ſancto, per hoc ſignum ſancte crucis, cui reſiſtere non præſumas, ſed mox abſq; leſione animæ et corporis huius famulæ Dei .N. et omnium circumſtan-tium euola et diſcede, per eum qui uenturus eſt. etc̃.

Coniuro te ſpiritus maligne per Deum uiuum, per Deum uerum, et per Deum, qui cuncta creauit ex nihilo, ut exe-as et recedas ab hac famula Dei .N. ſine omni læſione corporis et animę, et omnium membrorum eius, in no-mine patris, et filij, et ſpiritus ſancti: Amen.

Ergo maledicte Diabole. etc̃. ut ſupra.